



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Parallelæ Geographiae Veteris Et Novae**

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1648**

Nvm. 2. De quatuor circulis minoribus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13147**

## Minores circuli quatuor.

POLARES circuli duo sunt, totidēmque Tropici Sphærām inæqualiter diuidentes. Et *Polares* dicuntur à Polis à quibus distant 23. Gradibus cum dimidio: *Tropici* autem à τείπω νέρο, quod ab illis Sol cursum suum reflectat, 23. quoque Gradibus cum dimidio ab Æquatore disiuncti.

POLARIS CIRCVLVS ARCTICVS olim diuersus erat pro varietate locorum: nam ab antiquis vulgo definitur *Maximus apparentium nobis circulorum*: Nunc autem fixus est, & in tabulis omnibus 23. Gradibus cum dimidio à polo Arctico dissidet.

POLARIS CIRCVLVS ANTARCTICVS definiebatur ab antiquis *Maximus non apparentium circulorum*, ac proinde secundūm loca varia, varius erat: nunc autem 23. Gradibus cum à polo Antarcticō separatur.

TROPICVS CANCRI est circulus maximè Borealis, quem Sol suā conuersione 24. horarum describit.

TROPICVS CAPRICORNI est circulus maximè Australis, quem Sol suo circuitu notat.

## §. 4. De popularum situ.

CONSIDERATVR ille situs penes Zonas, Vmbras, Habitationem, & Dextram, vel Sinistram.

## NUM. I. Situs popularum secundām Zonas.

*De Zonis* tres falsæ opiniones veterum extiterunt, vna vera.

LVCETIUS enim tantum duas admittebat.

POLYBIUS & POSSIDONIUS sex: quoniam duas Torridas numerabant.

MARTIANVS CAPELLA decem: quoniam quinque vulgo receptas bifariam diuidebat.

VERA OPINIO admisit quinque Zonas, duas frigidas, totidem temperatas, & Torridam vnam.

FRIGIDA BOREALIS Saturno sacra circulo polari Arctico includitur.